

Rosarium Latinum

I

Signum crucis

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.
Amen

Ad Crucem

Symbolum Apostolorum:

CREDO IN DEUM Patrem omnipotentem,
Creatorem caeli et terrae. Et in Iesum
Christum, Filium eius unicum, Dominum
nostrum, qui conceptus est de Spiritu
Sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub
Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et
sepultus, descendit ad inferos, tertia die
resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet
ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde
venturus est iudicare vivos et mortuos.
Credo in Spiritum Sanctum, sanctam
Ecclesiam catholicam, sanctorum
communionem, remissionem peccatorum,
carnis resurrectionem, vitam aeternam.
Amen.

Sequens ad grana V:

PATER NOSTER, qui es in caelis,
sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum
tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo et in
terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis
hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et
nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne
nos inducas in temptationem, sed libera nos a
malo. Amen.

AVE MARIA, gratia plena, Dominus tecum.
Benedicta tu in mulieribus, et benedictus
fructus ventris tui, Iesus.
Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis
peccatoribus, nunc, et in hora mortis
nostrae. Amen. (ter)

GLORIA PATRI, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et
in saecula saeculorum. Amen.

II

Ad Grana maiora

PATER NOSTER, qui es in caelis, etc.

Ad Grana minora

AVE MARIA, gratia plena, Dominus tecum.
Etc.

Ad finem decadum

GLORIA PATRI, et Filio, et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et
in saecula saeculorum. Amen.

Oratio Fatimae

Domine Iesu,
remitte nobis debita nostra, libera nos ab
igne inferni, conduc in caelum omnes
animas, praesertim illas, quae misericordiae
tuae maxime indigent.

Orationes ad Finem Rosarii dicendae

SALVE REGINA,
Mater misericordiae. Vita, dulcedo, et spes
nostra, salve. Ad te clamamus exsules filii
Hevae. Ad te Suspiramus, gementes et
flentes in hac lacrimarum valle. Eia ergo,
Advocata nostra, illos tuos misericordes
oculos ad nos converte. Et Iesum,
benedictum fructum ventris tui, nobis post
hoc exsilium ostende. O clemens, o pia, o
dulcis Virgo Maria.

Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix.
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus:

Deus, cuius Unigenitus per vitam mortem et
resurrectionem suam nobis salutis aeterne
praemia comparavit, concede, quae sumus: ut
haec mysteria sanctissimo beatae Mariae
Virginis Rosario recolentes, et imitemur
quor continent, et quod promittunt,
assequamur. Per eundem Christum
Dominum. Amen.

Mysteria

In Dominica et Feria quarta

IN ROSARIO GLORIOSO

Ad tria grana minora in initio adduntur

Qui cogitationes nostras dirigat

Qui verba nostra moderetur

Qui opera nostra gubernet

Ad singula grana minora quinque decadum
expende totidem mysteria inserendo post
nomen Jesus sequentia verba:

Qui resurrexit a mortuis (Mc 16:1-7)

Qui in caelum ascendit (Lc 24:46-53)

Qui Spiritum Sanctum misit (Acta 2:1-7)

Qui te assumpsit (Ps 16:10)

Qui te in caelis coronavit (Apoc 12:1)

In Feria tertia et sexta

IN ROSARIO DOLOROSO

Ad tria grana minora in initio adduntur

Qui intellectum nostrum illuminet

Qui voluntatem nostram perficiat

Qui memoriam nostram roboret

Ad singula grana minora quinque decadum
expende totidem mysteria inserendo post
nomen Jesus sequentia verba:

Qui pro nobis sanguinem sudavit (Lc 22:39-46)

Qui pro nobis flagellatus est (Mt 27:26, Mc 15:6-15, In 19:1)

Qui pro nobis spinis coronatus est (In 19:1-8)

Qui pro nobis crucem baiulavit (In 19:16-22)

Qui pro nobis crucifixus est (In 19:25-30)

In Feria secunda et sabbato

IN ROSARIO GAUDIOSO

Ad tria grana minora in initio adduntur

Qui adaugeat in nobis fidem

Qui corroboret in nobis spem

Qui perficiat in nobis caritatem

Ad singula grana minora quinque decadum
expende totidem mysteria inserendo post
nomen Jesus sequentia verba:

Quem, virgo, concepisti (Mt 1:18, Lc 1:26-28)

Quem visitando Elisabeth portasti (Lc 1:39-45)

Quem, Virgo, genuisti (Lc 2:6-12)

Quem in templo praesentasti (Lc 2:25-32)

Quem in templo invenisti (Lc 2:41-50)

In Feria quinta

IN ROSARIO LUMINOSO

Ad tria grana minora in initio adduntur

Qui adaugeat in nobis fidem

Qui corroboret in nobis spem

Qui perficiat in nobis caritatem

Ad singula grana minora quinque decadum
expende totidem mysteria inserendo post
nomen Jesus sequentia verba:

Qui apud Iordanem baptizatus est (Mt 3:13, Mc 1:9, In 1:29)

Qui ipsum revelavit apud Canense
matrimonium (In 2:1-11)

Qui Regnum Dei annuntiavit

Qui transfiguratus est (Mt 17:1-8, Mc 9:2-9)

Qui Eucharistiam instituit (Apoc 12:1)